



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

In Capvt Qvartvm Qvæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

CAPVT IV.

IESVS autem plenus Spiritu sancto, regressus est à Iordane, & agebatur à spiritu in deserto quatuordecim diebus quadraginta, & tentabatur à Diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis: & confitetur illis illis esurit. 3. Dixit autem illi Diabolus: Si filius Dei es, dic lapidi huic, ut panis fiat. 4. Respondit autem illi Iesus: Scriptum est: Quia non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo Domini. 5. Et duxit illum Diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terrarum in momento temporis. 6. & ait illi: Tibi dabo potestatem hanc uniuersam, & gloriam illorum: quia michi tradita sunt: & cui uolueris illa. 7. Tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia. 8. Et respondens Iesus, dixit illi: Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruias. 9. Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. 10. Scriptum est enim, quod Angelus suus mandauit de te, ut conseruaret te. 11. & quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. 12. Respondens Iesus, ait illi: Dicitur: Non tentabis Dominum Deum tuum. 13. Et consummata omni tentatione, Diabolus recessit ab illo, usque ad tempus. 14. Et regressus est Iesus in uirtute Spiritus in Galilaam, & famosus est per uniuersam regionem de illo. 15. Et ipse docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. 16. Et uenit Nazareth, ubi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die Sabbati in Synagoga, & surrexit legere. 17. Et traditus est illi liber Isaiæ Propheta. Et ut reuoluit librum, inuenit locum, ubi scriptum erat: 18. Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, 19. predicare captiuis remissionem, & cæcis uisum, dimittere contritos ad os in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. 20. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnia in Synagoga oculi erant intendentes in eum. 21. Cæpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus uestris. 22. Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph? 23. Et ait illis: Utrique dicetis michi hæc similitudinem: Medice cura te ipsum: quonia audiuiimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. 24. Ait autem: Amen dico uobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. 25. In ueritate dico uobis, multa uidera erant in diebus Elie in Israel, quando clausum est celum annis tribus, & mensibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra. 26. & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonis, ad mulierem uictricem. 27. Et multi leprosi erant in Israel sub Elia Propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. 28. Et repleti sunt omnes in Synagoga ira, hæc audientes. 29. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat edificata, ut precipitarent eum. 30. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat. 31. Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilee, & ibique docebat illos Sabbatis. 32. Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. 33. Et in Synagoga erat homo habens demonium immundum, & exclamauit uoce magna. 34. dicens: Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? uenisti perdere nos? scio te, quis sis, Sanctus Dei. 35. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutescete, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum demonium in medium, exiit ab illo, nihil illi nocuit. 36. Et factus est pavor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem, dicentes: Quod est hoc uerbum, quia in potestate & uirtute imperat in mundis spiritibus, & exerunt? 37. Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. 38. Surgens autem Iesus de Synagoga, introiit in domum Simonis. Socrus autem Simonis uentabatur magnis febris: & rogauerunt illum pro ea. 39. Et stans super illam, imperauit febrim: & dimisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis. 40. Cum autem sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos uarij languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. 41. Excibant autem daemones multis clamantia, & dicentia: Quia tu es filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant, ipsum esse Christum. 42. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & uenerunt usque ad ipsum: & detinebant illum, ne discederet ab eis. 43. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. 44. Et erat predicans in Synagogis Galilee,

IN CAPVT QUARTVM

ARGVMENTVM.

Intentionem in deserto, & Christi uictoriam Matthæi 4. explicatam, reditum in Galilæam, & prædicationem, adeoque disputationem Nazareth institutam, de qua Matth. 13. cum uero in errore pertinaces mortem illi intenter educto in supercilium montis, ipse per medium eorum ibat, & descendit Capharnaum, demonia eicit, increpat eos, qui eum Christum esse clamabant. Socrum Simonis sanat, multosque alios. Pleraque in Matthæo exposita sunt. Pauca hic singularia super sunt, quæ illustranda sunt.

An. 14. ad 31. in Syro ponitur Titulus: Circumcisio Domini nostri. Inde ad finem capituli, ad uesperas feria sexta Hebdomadis sextæ ieiunij.

VERSVS I.

Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane, & agebatur à spiritu in desertum.

QVÆSTIO I.

Quo modo ductus à Spiritu sancto?
S. I. **A** Thanafius in Dial. 7. Ex hoc loco filium à Spiritu sancto excitatum docet quemadmodum repletus, & actus dicitur. Ma. edonatus. An uero tu michi ostenderis Christum excitatum fuisse

fuisset a Spiritu sancto? Orho. Non dico ipsum Chri-
stum a Spiritu tanquam potentiore fuisse excitatum,
sed quod templum corporis excitauerit pater, filius
& Spiritus sanctus. *Mat.* Id autem quomodo mihi
peruolaueris? an auxilio egebat filius, a quo templum
ipsum excitaretur? Orho. Enim vero num quod
auxilio egeret, impletus est ipso Spiritu? *Mat.* Vbi
scriptum est impletum fuisse Spiritu? Orho. Lege
Euangelium secundum Lucam ut audias, Iesus igitur
pletus Spiritu sancto, reuersus est in desertum.

Imo quod mirum est & inexpectatum, scriptum
est non modo impletum, sed etiam abductum fuisse
a Spiritu. Ceterum sicut impletus, & abductus, ita
etiam resurrexit. Et ut noris nihil ob stare quominus
Pater ipsum excitante, Spiritus etiam cum excitari,
auti. Pater etiam in ipso manente (sicut in Euangelis
dicit ipse filius, Pater in me manens is est qui edit hęc
opeta) manere etiam in eo Spiritum. Descendit enim
Spiritus corpore specie quasi columba, & mansit su-
per eum. Sicut ergo nihil vetat quominus maneat Pater,
maneat etiam Spiritus: ita nihil prohibet quominus
Pater ipsum excitante, Spiritus quoq; excitari.

QVÆSTIO II.

Quæ notanda in hisce verbis?

Historia in Matthæo exposita est: Quædam
tamen peculiaria hic occurrunt, quæ obser-
uari oportet præcipuum fuerit.

Primo cum ait: Agebatur in Spiritu, de eodem Spiritu
intelligendum est. Nam vicitatum est Hebræis
pronominis loco ponere nomen. Cauendum ne in-
telligatur, quasi per spiritum, aut visionem in deserto
fuisse dicatur.

Secundo Quadragesima dies referendi sunt ad ver-
bum agebatur, non ad tentationem. ita Euseb. l. 3. de
demons. Euang. cap. 2. & in Matthæo ostendi. Beza
trahente eum Diabolo, mutata loquutione sine ne-
cessitate.

Tertio Minutum est, quod Beza reprehendit, Res-
pondere ad aliquem; Nam ut ipse fatetur, Plinius ita lo-
quutus est, forte semel, inquit. Excusat interpretem Lu-
cas, cum dicit *καὶ ἀπεκρίθη ἐν τῷ πνεύματι*, & respon-
dit *ἐν τῷ πνεύματι*. Græcam vero constructionem in v-
ro Luca reperiri fatetur, & hic & cap. 6. 3. & 4. 5. &
Act. 2. 16. Cum ergo Lucas Hebraicum expresserit,
nullo Græci auctoris exemplo locutus, cur non in la-
tina faceret interpretes nos ter Plinij auctoritate iustus?

Quamuis quid vetat multa talia esse & dicta, & scri-
pta, quæ nostras obseruationes fugiunt? Equidem
nec consecrari talia magnopere, nec contemnere so-
leo, memini sanè Genes. 23. 5. me legere; ἀπεκρίθησαν
αὐτοὶ πρὸς ἀβελὰ μὲν λέγοντες, Respondebant filij Cher-
ad Abraham dicentes, vti hoc loco, ἀπεκρίθη δὲ ἰσραὴλ πρὸς
αὐτοὺς λέγων, quod ideo moneo ne confidenter nege-
mus recte dictum, quod nouum videtur: Ego septu-
aginta interpretes Græcæ apprimè fuisse gnatos non
subito. Etes ipsa declarat.

Quarto Satanas, τὸν ἰσχυρὸν τῶν αἰώνων, pote-
statem hanc vniuersalem daturum promittit, accipit
autem pro ipso imperio, seu Monarchiâ, nos ter pro
ipso legitur *αὐτῷ*, ipsa.

Quinto Adorauerunt me, Græcè ἐκράτισον, coram me.
Pro *αὐτῷ* alij legunt *πᾶσι*, idem sensus est, in Græca
facilis mutatio fieri potuit, ex *αὐτῷ* in *πᾶσι*.

Sexto, Recede a me Satana; in vetustis codicibus non
leguntur, & de Matthæo translata sunt, sed male,
Ambros. non habet.

Septimo, Spiritus demonis impuniti, πνεῦμα δαιμό-
νων ἐκράτισον Spiritum demonij mundi. Plal. 40. 3.

terra pulueris, pro eo quod dici pote-
rat Spiritus qui est demon impurus.

VERSUS 16.

*Et venit Nazareth ubi erat nutri-
tus, & intravit secundum consue-
tudinem suam die sabbati in Syna-
gogam & cepit legere.*

QVÆSTIO I.

Quæ consuetudo Sabbati docendi in
Synagoga?

§. 1. **M**osem legi solitum per omne Sabbatum
constat, & Paulum per Sabbata in Syna-
gogis disputasse. Erat enim iustitiam a Deo Sabba-
tum, non modo ad corporum quietem, ne perpetuo
labore, & Domini, & seruicia arreterentur, verum pri-
mario ad animorum cultum, ut occasio esset legis di-
uinae meditanda. Hoc enim præcipue dicit illius
sanctitas requirit. Diuinis enim studijs tempus quod
sibi Deus destinauit, est transigendum. Delicatum
sabbatum Isaias cap. 58. postulat, ut laborum mole-
stia, & curarum strepitus conuiescant, atque ita in
altum animi euehantur, Originem suam reperant, &
quæ vocantur a Deo ad celestem quietem aspirate
discant. Et sane ipsa quies, ab operibus, non modo
quia lucri contemptum habet: sed etiam mentem
ad diuina præparat, Dei cultus est. Anima vero Sab-
bati est, audire Deum, loqui Deo. Sancta hæc Iuda-
orum consuetudo erat, Marcii. 21. 23. 24. 29.

Sabbato
Dei legem
meditaban-
tur, audie-
bant.

§. 2. Poterat forte etiam rectè intelligi de con-
suetudine Christi, qui puer, adolescens, vir, Syna-
gogam adibat, auditus, oraturus, postea vero et-
iam docturus. Verum vitam quæ consuetudinem in-
telligere nihil impedit, imo necesse est: Nam pia e-
rat illa Iudeorum consuetudo, quam suo exemplo il-
le firmabat, & audiendo velut priuatus, & docendo
tanquam magister. Quod ait die Sabbatorum, in Græ-
co est, non tamen ita Latinus habet; sed Græcè E-
nallage numerorum est, pro die Sabbati, ut habet no-
ster, & est Matth. 12. 1. & Mar. 6. 2. Ideo nostrum inter-
pretem Beza contra Erasmmum tuetur.

Christus
Sabbato a-
dibat syna-
gogam soli-
tus.

§. 3. Quod amore patriæ eum omnium primum
Nazarethæ docuisse putat Theophylactus, ex v. 23.
refellitur: iam enim alibi miracula fecerat. & Mar-
thæi 4. 12.

§. 4. Interim quod in terra Sabbatum agitur, eius
quo tendimus patriæ pacatissimæ Symbolum est. Sabbatum
Cyrillus in Ioan. l. 4. c. 51. Dicimus non solum terrore ac vita celestis
nimis ad colendum verum Deum Hebræos impelli, verum et- Symbolum.
iam promissis inflammari. Quo quidem promissa in figura il-
lustradiuit: umbram enim futurorum honorum lex continet,
ut scribitur, exercitationes autem quadam veritatem quæ
nisi tenuiter propter umbras in ad inueniuntur: cessare namq;
ab omni opere, sepulchro, id est, vitio die iubet: futuram san-
ctorum requiem h. ne significans, quanto laboribus huius vita
liberati, sudore corporum detereso, beatam cum Christo (ut
a quodam Propheta dicitur) Et iucundissimam vitam a-
gent.

Laboris
quærit di-
uisio.

§. 5. Philo huius diei etiam rationem præsentem hi-
storiæ conuenientem reddit, de decem præceptis.
*Ἐπεὶ αἰεὶ θεὸς ἀφ' ἑαυτοῦ μακροθεσμίας ἐστὶν ὁτι πρὸς
ἑαυτὸν ἐν ἑαυτῷ αὐταρχεῖται. ἐπιὸν τὸν κόσμον ἐδη-
μιουργᾷ. ἀφ' ἑαυτοῦ μακρὸν δὲ θεὸν φιλοσοφῶν, ἡ ἐβδό-
μη κατὰ τὴν ὀπίθεν λέγουσιν, εἰ ἐρεῖσταιτο, ὅπως καὶ
αὐτός*

αὐτὸς Ἰσραηλῆς τὸ Φύσεως καὶ τοῦ ἰδίου, ἔστι συνθε-
ται πρὸς ὁμοιωμάτων. τὸ ἴδιον ἐν ἀρχαῖς τῶν ἀρι-
στον βίβλων, περικλυθεῖται καὶ Ἰσραηλῆς, μὴ παρελθαι.
Id est, Se quere Deum semper, paradeigma legis sit o-
perum tibi vnum sufficientissimum sex dierum spaci-
um, in quo mundum Deus est architectatus. Ex-
emplum est oportere Philosophari hebdomas in qua
inspicere dicitur, quæ operatus est, vt & ipse inspicias
naturalia, & propria quæ tendunt ad felicitatem. Ta-
le igitur archetypum optima vitæ, practica, & con-
templatiuæ ne prateramus.

Et Iustinus ad orthodoxos: πρὸς τὴν ὁμοίαν τῆς
Φύσεως, τῶν ἔργων τῆς φύσεως ἢ ἐκπαληρωσις γίνε-
ται, καὶ ἔπρὸς τὴν χρονικὴν ἀρραστηρίαν ἰσοδομοῦ
μικρῶν, ἢ ἐκματῶν ἀριστοῦ ἀιδεῖται πρὸς τὴν ἐν τῇ
Septenari-
m numeru-
omnia con-
sinet.
ἰδέα γραφῆ ὁ ἔπρὸς ἀριθμὸς ἀρῶν. Ἐξ λοιπῶν ἀριθ-
μῶν, ὅτι ἐν αὐτῷ ὁ πᾶς χρόνος τῆς τῆς ἕκαστος ποιη-
σεως, καὶ τῆς ἕκαστης ἀρραστηρίας ἀρραστηρίαν. Ἐξ ἄλλων
μῶν τῆς ποιήσεως, μόνος δὲ τῆς καὶ ἀρραστηρίαν. ἵνα ἐν
φυλακῇ ἡμῶν τῆς ἕκαστος ποιήσεως ἐν τῇ ἀρ-
ραστηρίᾳ, διὰ τὸ πρῶτον τῶν ἀλλῶν ἀρραστηρίαν
ἐπιπέσει ἐν τῇ ἀρραστηρίᾳ ἐν τῇ ἰδέα γραφῆ. Id est, Pro-
vitibus nature, operum nature perfectio est. Non
autem pro definita mensium, aut annorum tempora-
lem constitutionem in hebdomade. Venerabilior
vero est in diuina scriptura septenarius numerus præ
cæteris numeris quia in eo omne tempus creationis
mundi, & creatoris quies continetur, vt igitur me-
moria conditi mundi in hominibus conferretur,
ideo honoratiorem alijs numeris inueniri in diuina
scriptura ordinauit.

§. 6. Iudæorum quidem festum erat Sabbatum, à
Christiani-
clim Sab-
batum co-
lebant.
Christians tamen olim etiam seruatum, arque in eo
conuentus habiti. Auctor Clemens constit. Apost.
l. 7. c. 24. Sabbatum est Dominicum diem festum agimus:
quoniam illud natura condita est monumentum, hinc resurre-
ctionis. Vnum autem Sabbatum seruandum est, nobis toto
anno, in quo ieiunare oportet, non festum agere. Similia Grego-
rius Nyssen. contra eos, qui ægre ferunt reprehensio-
nes Ananias. Nicenus l. questionum, q. 77. Socrates
6. cap. 8. Ita in Asia factum: sed Sabbatum non co-
luit Romana Ecclesia, imo ieiunium eo die satiare
solita est. Verumque diuersas ob causas factum est.
Est enim obseruatio Sabbati cærimonialis. Ideo reti-
neri vel omitti potest. Et hoc vel illud ex circum-
stantijs faciendum suadeat recta ratio.

Sabbatum non coluerunt Christiani initio, in li-
bertatem restituti, abdicatis cærimonijs, neque nunc
fene scelere obseruari potest, qui Iudaismi professio-
nem reducit.

At cum Simoniani, Menander, Saturninus, alij:
que Ecclesiam grauius affligerent, Deumque mundi
& legis auctorem malum esse blasphemarent, atque
in eius contemptum die Sabbato ieiunarent, obstitit
illis Ecclesia illis in partibus vbi venena sparserant.
Hinc Ignatius Epist. 8. Si quis Dominicam diem, aut Sab-
batum vno excepto ieiunarit, hic Christi interfectior est. Hæc
itaque blasphemiam cum grauior esset cærimoniam Iu-
dæorum, contrario se modo orthodoxi ad resisten-
dum composuere. Causam illam ieiunij eos habu-
isse auctor est Epiphanius hæres. 4. r. & 24. Sabbatum ve-
ro ieiunant ob hanc causam: Quoniam Dei, inquit,
Iudæorum est reges, qui mundum fecit: & in die septima
quiescit; nos ieiunamus hanc, vt ne officium Dei Iu-
dæorum faciamus.

QVÆSTIO II.

Quæ legendi consuetudo?

§. 1. Reuoluit librum à rotulis, maule Brasous, re-
plicato libro, quia mox vertit, cum placuisse
Verum si quis vetera volumina consideret, magis
fortasse reuoluenti verbum probabit. Liberantem
tradebatur; nam legere eum, pars magna eruditio-
nis erat, cum lingua Hebræa vetus vernacula esse de-
fijisset, & sine punctis scriberentur omnia; vt legitur,
fuerit eruditionem probasse.

§. 2. In Synagogâ vitis grauius liberum
rat de rebus spiritualibus dicere, Act. 13. i. Co-
rinth. 14. 30. Paulus eo iure vsus Christum per Sy-
nagogas prædicat, Act. 9. 20. & 14. 1. & 17. 2. 17.
& 18. 4. & 19. 8. Non tamen id cuique permissum,
nec de quacunque re existimo, plura enim exi-
de orti incommoda potuerunt, & hæresibus, odij
que ostium aperiri. Notis vero & grauius vsus
permittebatur; Christo igitur in Synagoga in-
gresso de more conueniunt, surgit ille paratus ad
legendum, & silentium postulans. Scripturam
stans legit, quia ita moris erat, vt Dei verbum
honoraretur, & vt melius ab omnibus exaudire-
retur.

§. 3. Erant vero libri legis in singula volumina
distincti. Itaque liberatus est, diuina prouidentia;
ille enim præcipue & clarissime de Messia propheta-
uit. Adeo vt Euangelista vocari soleat. Cuius
tem ei minister dederit, an quia difficili scripturæ
eius doctrinam explorare volebant; an quia le Chri-
stum dicebat, de quo Isaias vaticinatur, incertum.
Christus autem reuoluit librum vsque ad caput. 6.
Quod mirum videri debuit eis, quicquid non didice-
runt literas nouerant. Non enim legebat tantum, sed
quo vnumquodque loco inueniretur, cognouit.
Tantum eruditus itaque ad lectionem admi-
sus est.

Reuoluit igitur librum, consuetudo tum erat,
vt circa cylindrum vel cortices arborum, vel mem-
brana, & denique Papyrus conuoluere, vtrique
vero duæ columellæ erant, circa quas conuolueban-
tur chartæ, sape & ebore, & cedro. Eum ritum Iu-
dæos seruare in Synagogis ait noster, Prados cap.
vers. 9. Ezechielis. Sic & Iunenalis sui temporis mo-
rem describit. Satyr. 1.

Aut summi plena iam margine libri.

Scriptus est a tergo necdum finis Orestes.

Marginem vocat extremum libri, à tergo scriptum
dicit, vt ostendat magnam fuisse tragediam: Greci
ἠπιθῆρα appellat. Si non interiore modo parte,
sed etiam exteriori scriberentur. Vnus autem erat
eorum, qui vnâ parte scripta essent volumina, si abij-
cerentur, vt in aduersa pagina pueri se scribendo ex-
tercerent. Ita Martialis indicat.

Ad salutarium

Curras scriu'a protinus licebit.

Inuersa pueri arande charta.

QVÆSTIO III.

An melior tum fuerit in Ecclesia legenda scripturæ
ratio, quam modo est.

§. 1. Caluinus affectu eductus eorum consuetu-
dinem, statimque Christianæ Ecclesiæ
situs præfert. Simul etiam videmus, inquit, quam
uis degenerasset Iudæi, in rebus tamen consue-
& miserè corrupto Ecclesiæ statu hoc fuisse boni re-
siduum, quod scripturam legebant coram populo, vt
inde sumerent docendi & exhortandi materiam. Vt
de etiam apparet, quæ fuerit genuina & legitima
colens.

ADAMI
+ EUAN

coendi Sabbathi ratio: neque enim ideò populum suum ferias agere iussit Deus quasi simpliciter eius otio delectaretur: sed potius ut in operum suorum meditatione illam exerceat. Porro quoniam in constitutione Dei operibus cœcutiunt hominum mentes, scripturæ regulâ dirigi necesse est. Quamquam autem inter legis ymbra Sabbathum numerat Paulus: hac tamen in parte communis nobis est feriandi ratio, cum Iudæis, ut populus ad audiendum verbum, ad publicas preces, & reliqua pietatis exercitia conveniant. In quem usum Iudaico Sabbatho successit dies Dominicus. Iam si temporum fiat comparatio, facile vel ex præfenti loco constabit, fœdioris hodie & magis deformes esse Papalis hierarchiæ corruptelas, quæ apud Iudæos sub Anna & Caipha fuerint. Nam scripturæ lectio, quæ tunc vigeat, non modo sub Papa obsolevit, sed ferro & igni à templis arcebitur: nisi quod lingua incognita, quod visum est, in labyrum cantillat.

Respondere non modo facile est, sed etiam convincere Ecclesiasticæ Hierarchiæ integritatem. Primo enim non modo de solis feri crebris in Hebræo made scripturam legimus, & docendi inde, hortandique materiam sumimus. Deinde in Ecclesijs collegiatis, singulis diebus scriptura legitur caniturque. Tertio non modo scriptura, sed interpretationes etiam sanctorum patrum selectæ præleguntur. Quarto Concilium Tridentinum putidam calumniam tam olim elisit, Sess. 6. cap. 1. Vbi scripturam ab Archiepiscopis, Episcopis, vel idoneis substitutis exponi iubet. In alijs etiam Ecclesijs id fieri impetat, idem viget in Monasterijs, & conventibus religiosorum.

De Gymnasijs vero statuit hanc in modum. In Gymnasijs etiam publicis, ubi tam honorifica & ceterorum omnium maxime necessaria lectio hæcenus instituta non fuerit, religiosissimorum Principum ac rerum publicarum pietate & liberalitate ad Catholica fidei defensionem & incrementum, sanæ doctrine conservationem & propagationem, instituatur: & ubi institui non potest, & negligenter, restituatur. Et ne sub specie pietatis impietas disseminetur, statuit eadem sancta synodus, neminem ad huiusmodi lectionis officium tam publicè quam privatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientiâ examinatus & approbatus non fuerit: quod tamen de lectoribus in claustris monachorum intelligatur.

Docentes vero ipsam sacram scripturam, dum publicè in scholis docent, & scolares qui ipsis scholis student, privilegij omnibus & perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia, à iure communis concessa, plenè gaudent & fruuntur.

§. 2. Eadem fuit veteris Ecclesiæ consuetudo. Ex his facile apparet, Ecclesiam, non agere ut scripturæ lectio è medio tollatur, sed ut in Ecclesiâ, monasterijs, Gymnasijs quam maxime floreat. Quod eam impetasse experientia, & tot doctorum professorumque labores, & monumenta testantur.

§. 3. At queritur scripturas aliena linguâ in Ecclesiâ cantari. Verum est, sed tamen leguntur etiam vernaculâ, & exponuntur: legendæ dantur, qui cum fructu legere possunt: nec tam lectio, quam lectionis iudicium à rudi, & temerario populo prohibetur. Quod si tamen Christi exemplo potius acquiescere, quam litigare libeat, rem confectam habebimus. Christus in Synagogâ publicè legit Itaiam. Non lingua vulgari, sed veteri Hebræâ, quæ tum vulgari non erat: Præpostere igitur faciunt, qui ex Christi factò contrarium euincere contendunt. Itaias veteri Hebræâ scripsit, eamque scripturam Christus legit, ut omnes consentiunt. Ex quo concludo apud Iudæos quorum plerique linguæ Hebrææ ignarierant, fuisse textum Hebræicè lectum, qui tamen non intellige-

Adami Conz in Euang. Tom. II.

retur: Hanc consuetudinem à Christo approbatam. Ideoque vitio verti Catholicis non oportere. Res perspicua est, nec quicquam obijci potest, nisi vel à proteruo, vel imperito. Protervia in Caluino fuit: qui ideo nobis latinæ linguæ interdicit, quia vernaculâ non sit, eo quod Iudæi, & Christus vñ sint vernaculâ.

Imperitiam Hunnius ostentat, cum ait Hebræam veterem non planè fuisse ignotam. Fuit enim ignota à captivitate redeuntibus, deinde in Syriacam facta mutatione, non ut Hebræa nulla verba intelligerent, sed ut sensum non nisi paucis locis perciperent.

Nihil autem periculosius est, quam eos scripturam legere, qui eam partim intelligunt, partim vero minime, ex affinitate enim verborum facile in falsam interpretationem impingunt. Hoc quotidie videmus in illis qui ex latinâ linguâ, de sensu Italicarum, descriptionum iudicant. Quædam utunque, aliam male percipiunt, de quibusdam ne suspicari quidem possunt. Præcipuè erratur in omnium linguarum particulis, adverbij, præpositionibus, conjunctionibus Hebrææ gnarus non plane Chaldaeam ignorat, inquit, Hunnius contra Bellarm. l. 2. c. 16.

Verba quædam non ignorare credo, intelligere, ut ex eâ fidem suam firmare, & cognoscere mysteria possit, nego. Et mecum Hieronymus in Daniel præfat. Verum adhortante me quædam, ait, Hebræo, & illud mihi crebris sua in lingua ingerente, Labor in rebus omnia vincit: & qui mihi videbar sciolus, inter Hebræos, capitur esse discipulus Chaldaicus. Et, ut verum fatear, vix ad præsentem diem magis possum se monem Chaldaicum legere, & intelligere quam sonare.

§. 4. Verum de Chaldaea nunc minime laboro, de Syriacâ enim quæstio, hanc Iudæam qui Hebræam sciebant, non intelligebant, 4. Reg. 18. Rogabant Rapsacen legari regis Iudæ, ne Iudaicè loqueretur vii sunt, à Chaldaeis, Persis, Latinis, Grecis multa mutuata est. Quæ de re, inquit Guido Fabricius Epistol. ad Ariam Montanum, factum est, ut Aramæa, quæ vñ fuerant Daniel & Esras, illis, duo Paraphrasæ, purior quidem & sanctæ Hebræorum lingue propior ac vicinior remanserit, Ierosolymitana verò longe diuor & copiosior euaserit.

Hic ostendit populum non intellexisse Syriacè, Eliacim autem, & Sobnam intellexisse, non igitur qui vnam intelligit, etiam alteram intelligit. Nam Syriacâ, quâ Iudæi post Babylonicam captiuitatem vii sunt, à Chaldaeis, Persis, Latinis, Grecis multa mutuata est. Quæ de re, inquit Guido Fabricius Epistol. ad Ariam Montanum, factum est, ut Aramæa, quæ vñ fuerant Daniel & Esras, illis, duo Paraphrasæ, purior quidem & sanctæ Hebræorum lingue propior ac vicinior remanserit, Ierosolymitana verò longe diuor & copiosior euaserit. Longius igitur Syrochaldæa à veteri Hebræa recessit, ideo hanc solam vsurpantes, non possunt Hebræam intelligere. Quod ego ex his verbis Itaiæ facile ostendo.

Hebræus hoc loco & Syrus collati ostendunt diuersitatem, quæ tamen alijs locis est multo maior.

Exemplum diuersitatis linguarum.

- Hebræus רוח ספיתוס, Syrus רוּחַ ספיתוס.
- Heb. אֲדוֹנָי יְהוָה adonai iehoua Domini Dei, Syr. דִּמְרִיא דִּמְרִיא demaria Domini.
- Heb. יַעֲחַן eo quod, Syr. מֵטֶל חַנָּא metul chana eo quod.
- Heb. מַשְׁחַחֹרִי מַשְׁחַחֹרִי, vixit me, Syr. מַשְׁחַחִי מַשְׁחַחִי maschani vixit me.
- Heb. לְבַשֵּׁר lebafer euangelizare, Syr. לְמַשְׁבְּרֵי lamjabaru euangelizare.

Heb. עניים chanaum pauperibus,
Syr. למסבוא lemescine pauperibus.

Heb. לחבש lchabash, mederi,
Syr. למאסוי lamasau, mederi

Heb. לשבירי lenischbere leb, contritos corde,
Syr. לתבירי lebba.

Heb. לשבויים lefcbuim, captiuis,
Syr. לשבוי laschbaie, captiuis.

Heb. דרור deror, libertatem.
Syr. שרבקנא schubecana, libertatem.

Hæc est harum linguarum diuersitas, & quidem hoc in versu minor, quam in alijs, nam Syrus sine dubio etiam Hebræum Isaiæ textum aspexit. Sunt quedam verba singula suis linguis, vt לְשִׁבְרֵי Hebræis, Metul, Syris. Deinde ubi est eadem radix, admodum diuersa est formatio, versu 9. Hebræus habet שְׁבָרִי שבָּרִי, Syrus, Thabar, inde Hebræus format, Nischbere leb. Syrus Thabiraleb, his adde sonos, & sibilos linguarum diuersos, & denique difficultatem discendi alteram, cui vna est cognita.

Ex quo omnibus vel non imperitissimis vel non pernicatissimis notissimum esse debet, Christum scripturam legisse linguâ, quam non nisi pauci docti intelligebant, & vernaculâ interpretatum: ac proinde Domini sui exemplo Ecclesiam sine culpâ vti posse. Hoc ipsum fatetur Witakerus contra Bellarmin. l. 2. cap. 16. de verbo Dei, Christum fecisse, sed vult populum intellexisse. [In Synagoga, inquit, legabant Iudæi scripturas Hebraice, hoc est, veteri illa Moysi & Prophetarum linguâ, non illa nouitiâ, & demum post captiuitatem Babylonicam nata; ergo populus in Synagoga congregatus intelligebat illam linguam, alioqui frustra libri sacri lecti fuissent.]

Populus non intelligebat linguam veterem.
Hoc in argumento vehementer errasse iam ostendi. Populus intelligebat, sed interprete exponente, tam versione in linguam vernaculam, quam explanatione sententiæ, qualis fieri solet à concionatore, aut professore.

§. 5. Opus esse interprete ex ipso Caluino ostendo. [Vnde colligimus, ait, quicumque ad prædicandum Euangelium à Deo mittuntur, necessarijs dotibus prius instrui, vt tanto muneri sufficiant. Quæ re planè ridiculi sunt, qui Diuinæ vocationis prætextu, pastorum locum usurpant, quum ad munus exequendum plusquam sint inepti: Sicut in Patu cornuti Episcopi quum rudiores sint quibuslibet asinis, se tamen Christi vicarios & solos Ecclesiæ legitimos præfules superciliose esse clamitant.]

Hinc enim constat, Scripturam non esse seipsa sine doctore sufficientem, quorū enim opus est dotibus instrui, si idiotæ cuiuslibet clara est rerum credendarum series ex scripturâ? Cur rudes Episcopi non sunt Episcopi, si Caluinus nolit? Quid opus eorum doctrinâ, si eius in scripturâ expositione nullus est vsus? Quod si aliorum mentes Episcopis doctiores sunt, cur non illius expositionem credunt? Verum sunt ista Hyberbolica. Inæqualis est Episcoporum eruditio, non omnes Balyij, Chrysostomi, Augustini, Gregorij esse possunt, officio fungi potest etiam medicus. Nouimus & in Hollandiâ quos vocant auritas pecudes, Arminiani stolidos vocant prædicantes. Interim si quis Episcopum ob imperitiam ordinari indignum, tam ordinator quam ordinatus Ecclesiasticis pœnis, diuino iudicio obnoxius

manet. Fatendum est tamen multorum Episcoporum rectè credentium modestam simplicitatem, si eam doctiorum consilio, operâque dirigant, crebro Ecclesiæ vtilem fuisse, superbam eruditionem aliquando obfuisse. Porro hæreticorum quam iactant, doctrinâ, canina est, ad infectionem antiquæ religionis, & sanctorum patrum comparatæ veri inanis.

§. 10. Historia, eadem nobis ostendit, Errorum illorum temporum non ex eo conatos, quod scripturas sacras vel non haberent, vel non legissent, sed quod lectas non intelligerent, isto & Dominus illis objicit: Erratis non intelligentes scripturas. Iam si temporum comparatio instruat, facile vel ex præfati loco constabit, feediores esse apud sectarios nostrorum temporum corruptelas, quam apud Iudæos sub Annâ & Caiphâ fuerint, illi enim scripturas legebant, & obscuras esse fatebantur, interpretationem quaerebant, ac nostri hæretici quamuis longissimis commentarijs eam explicatè conentur, obscuramque agnoscant, non tamen sententur. Omnibus eam cognitu facilem imaginantur, atque adeo ex rudissimo quoque scripturæ interprete constituunt. Interpretatione autem eger Christus interpretando docuit.

Scripturam igitur è medio tollunt, qui omnia quæ in eâ sunt clarissima esse contendunt. Sic Lutherus de seruo arbitrio ait: Esse in scripturâ quædam obscura, & non omnia expostis: inuulgatum est per improphistas, sed nunquam vnum articulum producerunt, nec producere possunt, quo suam hanc insaniam probent.

Plurima vero eiusmodi esse docet experientia. Et illi passim fatentur, vt doctissimè & copiosissime ostendit Greterus noster l. 3. c. 1. defens. Bellarmini. Quo lectorem remitto.

Non omittendum tamen, quod Beza notauit. Intellige non simplicem lectionem, sed cum interpretatione coniunctam, vt ex consuetudinibus apparet.

Christus ergo interpretem egit, vt ostenderet scripturam sine interprete non intelligi, & quæ Hebræicâ vetere legit, Syriacè exposuit. Nec enim lectio legitima, sed interpretatio desiderabatur.

VERSUS 18. 19.

Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, euangelizare pauperibus, misit me sanare contritos corde: predicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.

QUESTIO I.

Quomodo citatus Isaias?

§. 1. Plenior explicatio ad Isaiam pertinet, Christus ostendit, de se Prophetam locutum esse, cum enim ciues illius sapientiam mirarentur, causam ipse aperit, quia Spiritus Domini super se venisset. Impleta est Prophetia cum in eum Spiritus descendit, vt iam ad prædicandum accingeretur, sic Actor. 10. 38. sic Hier. Athanas. Augustin. alijque quamuis iam à principio plenus Spiritu fuit, nunc vero vim eius exerit.

§. 2. *Isaia c. 61. 1. Spiritus Domini super me.* Hebraice dicitur אדוני יהוה adonai Iehoua. Domini Dei. Septuaginta tantum habent *quos imitatus Lucas dixit, πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, non uelut dei.* Chaldaicus pluribus verbis dicitur, textumq; peruertit. Dicit Propheta: Spiritus a facie Domini Dei super me. Habet enim אדוני יהוה Iehoua elohim. Peruertit autem dum de suo addit, *Prophetam de se locutum.* Non enim Propheta conuenit, *ponere lignis fortitudinem, & dare coronam pro cinere, & oleum gaudii pro lacrima.* Nam & reliqua talia sunt, ut non nisi Messia, qui & Deus sit conuenire possint.

§. 3. *Propter quod unxit me Euangelizare pauperibus.* In Hebraeo est: *Et quod unxerit Dominus me.* Septuaginta & ἐξέταξ, cuius causa unxit me. Duplex interpretatio. Prima, Ideo unxisse, ut veniret super eum: altera, ideo uenisse ut ungeret. Melius uenisse ut ungeret.

§. 4. *Pauperes in veteri testamento uertit noster, mansuetos.* Septuaginta πωχούς sicuti Græcis apud Lucam est. Sunt autem pauperes mansueti, quia precibus vitam tolerant, a Græco πῶς ὄνειν, quod est tremere. Hebraice עניים *Chanauim*, utramq; significationem admittit. Pauperes uocant Tert. contra Marc. 1. 14. Amb. Theoph. Beda.

§. 5. *Sanare contritos corde, eodem modo apud Lucam, & Septuaginta legitur, nisi quod apud Septuaginta est τῆ καρδίας, apud Lucam τῶν καρδίας.* Sanare apud Hebræos est חבש *Chausch*, quod est proprie alligare, quod conuenit maximè contritis, sed generatim pro mederi accipitur. Tertullianus uocat obtritos; qui oppressi, & animo afflicti erant. Contriti corde Hil. Palm. 52. Euthym. grauati onere peccatorum. at Tertullianus libro 4. contra Marcion. Basil. in comm. Pl. 33. qui doleret de peccatis.

§. 6. *Captiui uocantur שבויים Sebeuim, proprie qui bello capti sunt, ideo Septuaginta, & Lucas habent, ἀρχιλωτοι, acie capti, seu hæsti capti.* His itaq; non solis, sed quod maximè afflicti sint libertatem prædicat. hoc est enim ררר, & Chaldaice ררר quod namq; illi qui ἀρχιλωτοι sunt ante liberi fuerint, post expertam libertatem dulcedinem multo durior est illis seruitus, oppressis itaq; & tristibus liberatio futura promittitur.

§. 7. *Et clausis aperiuntur.* Hebræus habet פתח פתח בתי אסורים, at Septuaginta uerterunt, ἀνοίξαι ἀσπίδας. *Causa uisum.* Sic etiam Lucas conuertit. Chaldaeus, & uinctis פתח פתח אסורים ad lucem. Hic primum controuertitur: *Quid sit quod hic ponitur, פתח Coach.* Sunt qui carcerem dicant: alii unam purant dictionem geminatione factam, uel legendum sit פתח פתח פתח, alij esse infinitum a פתח accipere. Hoc postremum dici non potest, quia non est פתח sed פתח: deinde quædam Maior omittat *ut uerba Pe nun. non tamen dicitur Coach, sed פתח Kachat, nec construitur cum tercio casu, ut dicamus לקח לאסורים.* Itaq; dicendum est tantum aperiuntem significari. Cum autem uincti sint duplices, alij robore, muris, compedibus, numellis, alij uinculis tenebrarum colligati. Sapient. 17. 2. & v. 17. quæstio est, quos clausos seu uinctos intelligat. Post Lucam non est dubia interpretatio. Nam Christus interpretatur de cæcis, quibus uisus restituitur, nullum uinctum e nexu soluisse legimus. Sicut nec bello captos liberati restituisse, hoc igitur de captiuis peccati & demonis accipiendum est: & eodem modo de spiritali illuminatione intelligi posset, nisi constaret Christum de ueræ cæcorum illuminatione loqui, Math. 11. 5. & Luc. 7. 21. atq; ad hanc prophetiam aludere.

Maldonat. noster in carcere a deo tenebroso fuisse, ut nō magis uidere possent, quam si cæci essent: ex eo carcere liberatos à Christo uera illa sunt, si spiritaliter intelligantur, uerum Christus in eo prophetiam impletam ait, quod *cæci uisum restituerit.* Posset quispiam cogitare Septuaginta legisse עורים pro אסורים Churim, pro Afurim. Sed incerta est coniectura. Symmach. habet ἀσπίδας λύων, uinctis solutionem, Sed illi non admodum propriè reddere sunt conati. nam pro mederi habent δίου. Sed τὰ τρεῖς ματὰ τὸν ἀμαρτωλῶν ligare uulnera peccatorum. Kimchi cæcos aliquando uinctos uocari tradit.

§. 8. *Prædicare annum Domini acceptum, Lucas xxiij. cxi. ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτῶν.* Septuaginta καλέσαι uocare: quia in Hebræo est אשנת אשנת *Lucra*, uocatur autē annus שנת אשנת Schenath razō *annus beneplaciti*, sic 2. Cor. 6. 2. *tempus acceptabile*, totum tempus quo Christus prædicauit, est tempus beneuolentiæ, & fauoris.

§. 9. *Hinc constat labi eos, qui de Cyro intelligunt: ille enim ut alia illi quoque; modo accommodentur, cæcis uisum non restituit, de cæcis autem intelligendum cæciam ostendi.*

§. 10. *Et diem retributionis, nisi uisum a τῆς ἐπίδοσης ἡμέρας diem uisionis non est in Cyro apud Lucam.* N. in reuera uisio comitatur beneuolentiâ, dum ingrati relinquuntur, nec ad tantam lucem oculos aperiuunt.

§. 11. *Quod Lucas addit, ἀνοίξαι τὰς ἀσπίδας ἐν ἁσπί, non est in Propheta, sed expositionis causâ adiungitur.* Exponit uero quos dixerit Propheta ἀνοίξαι τὰς ἀσπίδας contritos, nempe peccatis. ideo enim dimitti eos in remissionem asserit. Syrus שבת פתח פתח *defensa.*

dimissionem, indulgentiamq; significat. Beza tamen ex margine inreple exstimat. E ali abundare putat. Beze uerba. [Certe, inquit, Amb. hoc posterius nō legit, quantum ex eius interpretatione colligi potest. Eusebius quoq; quum in libris ἀποστόλων hoc testimonium citer quinque aut sexies, nusquam tamen hæc addidit, nisi in tantum loco. Ego uero non dubito quin hic factum sit, quod alibi sæpè, ut quod ad marginem editionis Septuaginta (quam uocant) uel annotata esset diuersa aliqua eiuſdem loci interpretatio, Aquila puta, aut Symmachi, aut Theodotionis, uel non dissimilis sententiæ testimonium adscriptum, uel librarij deinde hæc omnia promiscue in ipso cōtextu descripserint. Sic igitur habent Hebræa uel latinum peccatoach פתח פתח פתח quib. Septuaginta interpretes uerterunt, ἀνοίξαι ἀσπίδας. Acceperunt enim פתח פתח Peccatoach, pro uino uocabulo, sicut etiam interpretatur Kimchi, & quia de oculorū aperiuntione pprie dicitur, ideo אסורים Afurim putarunt translative significare עורים churim, id est, cæcos, ut cōstaret antithesis: quia nimirū qui uincti tenentur in carceris tenebris, non multo maiorem habet uisum lucis, quam qui oculis sunt orbat, ut declarat Elia 42. Hanc igitur interpretationē quum quispiam uel non intelligeret, uel putaret Hebræis nō respondere, annotauit alium locū, quo putauit istum posse illustrari. petiit ex eiuſdem Prophete c. 58. 6. ubi in Hebræo legitur. *Uel halachet zuzin chophschim בשבויים השבויים ושלחתי צדיקים* in græcis a. ἀποσπῆσαι τὸν δεσφαισμένον ἐν ἀσπί: quæ deinde in cōtextum interpretarunt, mutato tantum uerbo ἀποσπῆσαι in ἀνοίξαι, quod alioquin non cohereret constructio. Sed quisquis hunc locum primus annotauit ad marginem, res sane difficillimas inter se coparauit: ut nulla possit subesse suspicio, duo eiuſdem Prophete testimonia coniungi. Poterat a. quisq; ille fuit, alium locum protulisse similem conferre ex c. 42. 7. ubi p. e. q. in Hebræis legitur *אסיר אסיר תמסגו להוציאם חרותם עורים עורים לפתח פתח פתח* *Hoc est, Aperire oculos cæcorum, educere uinctos ex uinculis.* græci habent ἀνοίξαι ὁσφαισμένους τυφλῶν, ἐξ-



aperit enim de qua dicitur: id est, ut aperias oculos caecorum, & educas ex vinculis viuos, qui locus hunc optimè explicat, quum in vtroq; agatur de Christi officio. Hæc igitur mea sententia est. Sed mihi tamen religio fuit vel minimum apicem detrahere.]

Septuaginta de fen.

Respondendum est primò. Magnopere hac lectione auctoritatem Septuaginta confirmari. Si enim nõ ipse Dominus apud Iudæos sic fuisset interpretatus, calumniam pati potuissent. Nunc vero cum eorum sententiam æternæ veritatis ore probatâ habeamus. Certa est eorum non minus quam Lucæ lectio. Rectè simè certè nosset, & Septuaginta verterunt, nam ΠΑΡΑΧΕΙΛΑΙΝΑ est aperit, sed proprie de oculis, & interdum de auribus dicitur: de aliis non solet generale enim verbum est ΠΑΡΑΧΕΙΛΑΙΝΑ ita Job. 27. 19. & Psal. 14 & 8. Dominus illuminat cæcos. Hebraicè פתח עינין פתח פתח פתח, ad verbum: aperit cæcos. Quia inquit R. Dauid, Cæcus est quasi legatus, non enim recedit de loco suo. Exod. 4. 11. פתח עינין est videns. & 23. 8. פתח עינין פתח פתח, aperit oculos. Cum ergo verbum Hebraicum semper ad oculos referatur, ad aures semel, non ad alia aperienda, nec statio conlequitur, eos qui sic aperiuntur cæcos esse. Quocirca eorum aperiitio est ad aures visus. Præsertim cum ex miraculis, quæ aperta erant, vocationem suam Christus probaret, carere autem nullum liberaffe legamus.

Lucas de sensus.

Respondendum deinde est. Apud Ambrosium in textu legi nec mirum est, in ipsa expositione omitti. Est enim brevis, & crebro aliqua membra omittit: ita vt si hoc Bezæ argumentum niti libeat, etiam delenda sint illa verba, mederer contritis corde. Non enim exponit illa Ambrosius, vt nec v. 20. & 21. Verba Ambrosij proponam, tum vt lector videat, quam tenui coniecturâ Bezæ utatur, tum quia Sanctus Episcopus notauit, hoc ex loco Sanctissimam Trinitatem probare. Vides, inquit, Trinitatem coeternam atq; perfectam.

Apud Ambrosium inuenitur.

Ambr. Trinitatem quomodo probet.

Ipsam loquitur scriptura Iesum Deum hominemq; in vtroque perfectum, loquitur & Patrem, & Spiritum sanctum. Spiritus enim Sanctus cooperatur ostenditur, quando corporaliter specie sicut columba descendit in Christum, cum Dei filius baptizaretur in fluuiis, ater loqueretur de celo. Quod igitur manus quarimus testimonium, quem quod se fuisse qui loquutus est in prophetis propria voce signauit? Vngitur oleo spiritali, & virtute celesti, vt paupertatem conditionis humane thesauro resurrectionis rigaret æterno, captiuitatem mentis auerteret, cæcitatem illuminaret, annum Domini perpetuis diffusum temporibus predicaret, qui redire in orbem laboris nesciat, continuationem fructus hominibus & quietis indulgeat. Atq; ipse ita ad omnia se curauit obsequia, vt ne lectoris quidem asperna recur officium. Nos vero impii, qui diuinitatis fidem miraculis operum colligendam contemplatione corporis negabamus.

Eusebius legit.

Ambrosij itaq; testimonio abutitur, vt quo contrarium probatur. Nec Eusebius illi fauet: etsi enim aliquando omittat, non tamen signum est non lectum ab eo, quod vero addit semel, certum indicium est, eum habuisse. Aliud est enim omittere, aliud referre.

Cætera merâ coniecturâ & hariolatione nituntur. Si enim ex Septuaginta fuisset in Lucam translatus error, oportuisset in aliquibus exemplaribus inueniri, non est autem in veteri vel Hebræo, vel Græco, vel latino. E contrario in nouo testamento est in omnibus Latinis, Græcis, Syris. Nec in textum ex margine inrepsisse credo, nam immediatè cum eo, quod est contritis corde, posuim.

S. 2. Mirandum est magis quosdam, non legere priora verba: Sanare contritos corde. Ita enim Brugens. not. lat. Hæc verba: ait, vt à Sixto no & pleriq; aliis libris, ita & à gra. is a. Syriacis nostris, Euthymio exponente, leguntur. Per eum manuscripta quedam Latina, nominatim D. Dou-

tiani vnum, S. Bernardi ad Clarummarisum vnum, & D. Anselmi tria, omittunt ea, quemadmodum omittuntur ab Origene, homilia 32. in Lucam, hunc locum euertente, & ab Eusebio lib. 9. demonstr. Euang. 610. atque Augustin. lib. 2. de conf. Euang. c. 42. locum citantibus. V. Bedæ, vt primum adducit huius libri textum, non legit ea: tamen an non expulsi postea sit dubium. Explicat enim, sed ita vt pro casum habere videatur, cum iis verbis quæ sequuntur: Dimittite contritos in remissionem. Fortassis existimavit, duplicem esse remissionem rei eiusdem, ad quam sententiam accedit Forerius scribens in Isaiam. Editio Septuaginta Interpretum, quomodo recitata à D. Hieronymo ad Prophetam, vtum q. habet, quemadmodum legitur hoc Euangelij loco: eadem vt (orsum græce exstat impressa, Eusebio iam laudato ad stipulante, habes olum illud sanare contritos corde, omni altero dimittite si cæcos in libertatem: quod quidem Hebræo fonti similis est. Theophylactus hoc Euangelium scribens, prius enarrat, posterioris non meminuit. Ambrosius neutrum attingit, etsi reliqua non præterit.

QVÆSTIO II. Quomodo vnctus?

S. 1. Duplicem interpretationem esse dixi. Nunc hoc moneo, Eundem esse sensum in Hebræo, Septuaginta & Luca. Nam in Hebræo est פתח עינין, propter, eo quod propterea, quod & sanare, nec enim graecus alium ab Hebræo sensum habet. Vnctum esse Christum, & Spiritum sanctum super eum esse, non est τὸ ἄνωθεν, sed duobus modis exponi potest. Nempe Spiritus sanctus est super me, & quia ille est super me, ideo me Deus vnxit. Nempe Spiritus sanctus in conceptione ex vnione hypostatice ita super me, ideo me vnxit omnibus gratia donis. Vnio omnium donorum fundamētum & causa fuit, vide Cyprian. l. 2. contra Iudæos. Athan. orat. 2. contra Arian. Alter explicandi modus est Spiritum sanctum esse super eum ob vnionem hypostatice, omnia dona & virtutes infusas, ideo vnctum esse vt predicaret, hoc est ad munus illud destinatum. Hic verus sensus est, Quia enim filius dilectus, & deitatis plenitudo in illo habitat corporaliter, ideo mititur, & nobis præcipitur: ipsum autem.

S. 2. Valentiniani ad suos Aonas, & Cletomata detorquent prophetiam, vt est apud Irenæum lib. 4. contra hæreses cap. 38. Annos triginta natum ad baptisimum venisse fabulabantur, vt triginta Aonos ostenderet, & duodecimo mense passum. Et ex propheta, inquit, tenent hoc ipsum confirmare: scriptum est enim, Vocare annum Domini acceptum, & diem retributionis: verè cœcipientes, qui profunda Bybii diuinitatis se dicunt, & non intelligentes ab Esaiâ dictum annum Domino acceptabilem, & diem retributionis. Neq; enim de die, quæ duodecim horarum habet spatium dictum est in propheta: nec de anni duodecim mensum habere mensuram. Quia enim propheta in parabolis, & allegoriis, & non secundum sensum ipsarum dictionum plura, dixerunt, & ipsi consenserunt. Dies ergo retributionis dictus est, in qua retribuet Dominus vnicuique secundum opera sua, hoc est iudicium.

S. 3. Irenæus vero etiam lib. 3. cap. 10. Vnctum ad hoc officium declarat, & quidem quâ homo erat. Et iterum, ait, ipse Esaiâs vnctionem eius, & propter quid vnctus est, præsignificans ait: Spiritus Dei super me, que propter vnctum me, euangelizare humilibus misit me, curare communitos corde, præconare captiuos remissionem, & cæcis visionem, vocare annuum Domini acceptabilem, & diem retributionis, consolari omnes lugentes. Nam secundum id quod verbum Dei homo erat, ex ad. e. Iesse, & filius Abrahe, secundum hoc requisiebat Spiritus Dei super eum, & vngebatur ad euangelizandum humilibus.

Et eodem modo cap. 20. Quemadmodum & ipsum nomen ait, significat. In Christum enim nomine subauditum qui

ADAMI
+ EUANG.

vultu, & ipse qui vultus est, & ipsa vultio in qua vultus est. Et
vultus quidem pater, vultus est vero filius, in Spiritu, qui est vultus
quoque admodum per Esaiam ait sermo: Spiritus Dei super
me, propter quod vultus me significans & vngentem patrem, &
vultum filium, & vultionem qui est Spiritus.

Et lib. 4. cap. 40. Propter hoc autem, & ipse Dominus in
Capharnaum Esaiam prophetas legebat: Spiritus Domini super
me, quapropter vultus me, euangelizare pauperibus misit me,
euangelizare contribulatos corde, praconare captiuis remissionem, &
euangelizare visionem. Semetipsum quoque ostendens praenuntiatum per
prophetas, dicebat eis. Hodie impleta est Scriptura haec in auribus
vestris.

VERSUS 22.

Et omnes testimonium illi dabant &
mirabantur in verbis gratia quae
procedebat de ore ipsius, & dice-
bant: nonne hic est filius Ioseph?

QUESTIO I.

Qui sermones gratia?

§. 1. Sermones gratia non recte gratiosos appellat,
quasi gratos, & suaves, eth enim verbum piis
& humilib. super mel dulce est, hic tamen etiam illi,
qui alieno erant, animo, sermones gratia mirabantur.
Syrus vocat מלך רבי מלך מלך Melle detributa, sermonis
gratia, benignitatis, b. nitatis. Sermones itaq; gratia
appello, fortes, neruosos, qui etiam impiorum
conscientias conuincerent, & percellerent, vt & ve-
rissimè, & accommodatissimè omnia dici fateren-
tur. Etenim et si viciis suis ob stare eos videbant, id
est; animi irritati praecipitem dare cogitabant. Sa-
ciam tamen, sapientissimamq; sapientiam stupebant.
Non enim humano studio, sed caelesti gratia perora-
bat. Quocirca diuina quaedam in eo relucebat au-
thoritas, cui humana cogitationes frustra obnite-
bantur, quae sua grauitate etiam ab inuitis, inuidis,
maleuolis admirationem, laudationemq; extorque-
bat. Sic Euangelista se ipse interpretatur vers. 32. Et
stupabant in d. d. r. n. a. eius: quia in potestate erat sermo
eius, & e. r. n. a. Syrus מלך רבי מלך dominationis, im-
petii, auctoritatis erat sermo, quasi cum imperio lo-
quebatur. Scitum est apud Graecos proverbium,
Αλλοις ο λογος υ τδ αυ τδ δυναται. Eadem ratio non idē va-
let. Miraculum igitur in eo consistit, quod Iesus, qui
litteras non didicerat, quem vt fabri filium sper-
nebant, velut discretissimus, & velut Dynasta quis-
piam a superbis, & opulentis audiretur. Quemad-
modum enim vers. 36. admirabantur, cum potestate
e. r. n. a. בשר ודם (eadem enim verba sunt) eii-
cit demonia, ita hic etiam animis dominatur, estq;
sermo efficax, praecipue quod vt est v. 20. omnium o-
culi erant in eum intenti, quomodo literas sciret quas
non didicisset. Sic Ioannis 7. 45. Qui ad eum ca-
piendum missi erant, manus abstinent. Nunquam
inquit, sic locutus est homo, sicut hic homo. Diffusa erat
gratia in labiis eius Psal. 44. 3.

§. 2. Inepte omnino Beza sermonibus plenis
gratia, λόγος τός χαρις. [Vulgata, inquit, ob-
scure: In verbis gratia, neq; enim gratia hoc loco,
(vt Hebraei loquuntur חן) declarat gratitatem
reconciliationem, sed vim illam planè diuinam quae
in Christi verbis totoq; habitu inerat, vt qui illum
audiebant, nisi qui planè erant δεισιδουλοι, non pos-
sunt non illum amare, suspicere, complecti: quod
etiam apparuit in illis, quorum fit mentio Iohan. 7.

46. vt praedictum erat Psal. 45. 3. Erasmus, super gra-
tia sermonum, ita vt sit hypallage, integro tamen
sensu.]

Homo inmemor sui ἀχρηστωμένος non ausus est,
vocare gratia plenam, hic nostrum reprehendit, qui
ad verbum vertit. Deinde si noster reprehenditur,
quia Hebraismum retinuit, dixitq; λόγος τός χαρις,
verba gratia, non debet esse melior conditio Graeci
Scriptoris, qui Hebraeo idiotismo vsus est: debuit .n.
ille dicere ετι τός λογος προσωπευος τός χαρις.
Deniq; gratiam hic vocat vim illam diuinam quae est
in verbis Christi, at Pareus initio de gratia primi ho-
minis negat gratiam aliter, quam pro fauore accipi,

Plenos ser-
mones gra-
tia Beza
vertit.

VERSUS 23.

Et ait illis: utiq; dicetis mihi hanc si-
militudinem: Medice cura teip-
sum: quanta audiuimus facta in
Capharnaum, fac & hic in patria
tua.

QUESTIO I.

Quorsum vsurpat proverbium, Medice
cura teipsum.

§. 1. Graecus parabola appellat: sumpta est à Me-
dicis, qui in aliorum morbis curadis felices
sunt, sibi mederi nequeunt. De omnib. vero aliis dicitur,
qui aliis profunt, sibi & domui suae prodesse non
possunt. Alios saluos fecit, seipsum non pot. st. saluu facere, di-
cunt apud crucem stantes irrisores. Hoc sensu, inquit,
unt, fac & hic miracula, patrie, ciuium tuorum, agna-
torum tanta est consuetudo, vt quasi patrie pars homo
censeatur, & eius membra sint propinqui & ciues. Si
igitur alienas vrbes veris beneficiis affecisti, non im-
postura delulisti, in tua patria eadem exhibe,

Medice cui-
ra teipsum.
Sua cuiq;
censeatur,
primum
curanda.

Hanc primo tutare domum.

§. 2. Hac quidem in re dupliciter peccabant. Pri-
mo enim sibi suisq; debere illa beneficia, quasi iure
naturae arbitrabantur, nec humili prece, sed quasi pro
imperio postulabant. Deinde vera ceteris in vrbus
facta miracula non credebant, & si hic faceret, vt
nonnulla fecit, malitiosè interpretari, ac culpae au-
si sunt. Probrosio itaq; proverbio vanitatem ac im-
potentiam illi obiecerunt, quasi in Christum conue-
niat.

Αλλων ιατρος αυτος ελασει Βουλον.
Aliorum medicus in vlcibus ipse scaret.

Hinc etiam Christi reiciendi occasione captat, cum
n. a suis curandis, & illustrandis incipere oportuisse
iudicet, ille vero cum alienas vrbes patriae praeulerit,
merito se etiam contemptum eum habere, & reice-
re summo iure posse desinunt. Nec audire eum su-
stinent, a quo se contemptos arbitrantur. Foris eum
sapere putant, domi suis non posse consulere. Foras
igitur eiciendum.

Propheta
exemplo
Christus a-
lienis sese
impendit.

§. 2. Non esse diuina beneficia, praelaturas, & sa-
cros ordines, & sanguinis, & domesticorum necessi-
tatis, & amore dispensanda, & suo exemplo, & duo-
bus exemplis docuit. Nam Elias tempore famis non
est missus ad vllam viduam in Israel, sed Sareptam Si-
doniorum, gratior apud gentes fururus. nec Eliasus
vllū leprosum in Israel, sed exterū Syru, Naamā sana-
uit. Qui magno honore Prophetam profectus est, ab
Israelitis contemptū, & persecutione vexatum. Non
ergo se à veterum consuetudine discedere, cum alie-
nis sese impendit, ingrata patriae crudelem inuidiam
detestatus, Indicio sunt ista, Iudeos deserendos, gētes
allū.

Handwritten marginal notes in red ink, including the word 'selia'.

assumendas. Gratiam autem Dei ex arcano eius consilio donari, nullo carnalis propinquitatis respectu, suo nos Christus exemplo docuit, cum e contrario suis faueant, exteros oderint, nul. a cura, quod illi Deo exosi, hi grati sint.

§. 4. Nazarethani homines carnales & improbi, quideo Christum ludibrio habuerunt: quia fabri filius erat, videretur illi prouerbio vsitato exprobrasse paupertatem, matris & cognatorum inopiã fortè, & morbos aliquorum: sciebant eum matrem cognatorumq; diligere, nullas vnquam offensiones notabant. Itaq; hoc monent Si potes aliquid: Tuos in primis adiua, duriter vitam tolerant, domo & re carent. Alioqui fore vt genus, & virtus sine re sit vilior algã. At Christus longo alio spiritu se non ad familiã opibus onerandã, sed animas celo inferendas venisse testatur. Nunc eo mores degenerarunt, vt si quispiã conspicuo aliquo, & opulento sacerdotio potatur, iniuriam sibi agnati fieri existiment, nisi eum quasi aticã pecudem continuo vellere & deglubere liceat. Quin & vltro fauetur cognatis ad eorum interitum.

VERSVS 25.

In veritate dico vobis: Multa vidua erant in diebus Elie in Israel: quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra.

QVÆSTIO I.

Quæ calamitates clausi cœli sũt

§. 1. Tres annos & sex menses clausum est cœlum, ne plueret. 3. Reg. 17. 9. At libro regum habetur etiam anno tertio missum esse ad Achab. Verum id factum est non ab initio siccitatis, sed a quo tempore fuerat in Sarepta: Alij Eliam hæc dixisse cum iam siccitas aliquamdiu durasset, non in principio illius, Achabum enim eo argumento vium, quod Moles prædixisset peccantibus pluuiam, roremq; negandam, at iam omnia affluere. Itaq; Elias prædicit fore vt periret sterilitas, nec mutandã nisi ad verbum oris sui, & ne eum cogere & tormentis vexare inciperent, abscondere se iussus est.

§. 2. Clausum cœlum dicitur, cum pluuiæ opportunitate negantur, & rores, quibus præcipuè iudææ fertilitas constabat. Contrarium est aperire cœlum, cum vero de ingenti fertilitate sermo est dicitur Deus aperire catarractas. sic Malachiæ 3. Inferite omnem decimam in horreum, & sicibus in domo mea, & probat me super hoc, dicit Dominus: si non aperuero vobis catarractas cœli, & effundero vobis benedictionem vsq; ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestra: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum.

Similitudo sumpta est à catarractis, quibus amnes continentur, & vnda acervatur, quibus ruptis disiecto obice aqua copiose inundat. Qui fenestras vertunt, minus propriè loquantur. Neq; rectè philosophantur, qui supra sidera aquam collocant, quam opportunè Deus appetus orbibus dimittat: Quamuis enim in ea forte parte aqua sit, non in hos tamen vsus seruat. Catarracta igitur nubium sunt, quæ vel steriles feruntur, vel in aquam denata fecundis imbibus terram irrigant.

QVÆSTIO II.

Quæ ex hoc capite concludit Tertullianus?

§. 1. Vtius argumentis contra Marcionem lib. 1. cap. 7. & 8. peritis disputat. Elaborat in hoc Marcion, vt Christum à creatore separet, & alterius filij Dei constitueret, non Dei Iudæorum, sed enim illa verba: Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel, deleuit, vt & illud. Non veni solvere legem sed implere. Cui ille opponit. Sed frustra, inquit, negauit Christum dixisse, quod statim fecit ex parte. Prophetiam enim de loco adimpleuit, de cœlo statim ad Synagoga. Vi illi solet: Ad quod venimus, hoc age. Marcion ante etiam illud de Euangelio: Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Et non est auferre panem filijs, & dare eum caribus, nisi filius Christus Israel videtur. Sufficiunt vtriusq; prædicta. De rabe voces Christi mei, res loquentur. Ecce venit in Synagoga, certe ad oues perditas domus Israel. Ecce dicit me fructum panem prioribus offert Israelitis: certe vt filios præferat. Ecce alius eum nondum impertit: certe vt canes præterit. Quibus autem magis impertisset quam extraneis creatoris, si ipse iurissimus fuisset creatoris.

§. 2. Christus contra legem, & prophetas disputabat, alioqui non stupere; sed horerem: nec mireremur, sed statim auerfarentur destructorem Logi & Prophetarum. & vniq; in primis alterius Dei prædicatorem: quæ potius aduersus Legem & Prophetas docere, & hoc nomine aduersus Creatorem, non præmissa diuersa aliquid diuinitatis professione.

Vbi nota. Omnes, adieci eum esse manum hominis non legitur nec in Greco, nec Syro, vt neq; in Latino. Videtur autem à Marcione adiectum, ideo à Tertulliano relictum.

§. 3. Ex dæmonum etiam quærela Christum creatoris fuisse filium ostendit Tertullianus. Dæmon enim, cum vocatur sanctum Dei, non potest de Deo mirro, & hæc tenus ignoto intelligere, cum vero ait præter nos, de iudeis & iusti Dei filio loquitur. Nam Deus bonus Marcionis perdere & punire neciebat.

§. 4. Occurrit Marcion, Iesus illum increpuit negauit igitur se venisse vt perderet, ideo nec filium esse creatoris.

Respondit Tertullianus: Plene in inuidiosum, & ipsa confessione perditorem. & male adulantem, quasi hæc sit summa gloria Christi, si ad perditionem dæmonum venisset, & non potius ad hominum salutem, quæ nec discipulis subactone spirituum, sed de candida salutis gloriari voluit. Aut cui eum increpuit: Si quis mentium in totum, ergo non fuit Iesus, nec Dei sanctus omnino. Si quasi ex parte exitum quod cum Iesum quidem & sanctum Dei, sed creatoris existimasset, iniustissimè increpuit hoc sententiam, quod sciat sentendum, & hoc non existimantem, quod digno ab existimandum, alium Iesum & alterius Dei sanctum. Quod si verisimilior in statum non habet increpatis, nisi quem nos increpamus, iam ergo & dæmon nihil mentitus est, non ob mendacium increpuit: ipse enim erat Iesus præter quem alium dæmon agnouisset non poterat: & Iesus eum confirmant quem agnouerat dæmon, dum non ob mendacium increpat dæmonem.

§. 5. In Nazareth nihileum noui prædicasse, sed prophetam legisse, ideo non esse aduersarium Deo prophetarum.

Deinde manus illi iniectas, ideo vero corpore præditum fuisse. Hic primum manus eius iniecit animi aduersariis, necesse habeo iam de substantia eius corporali prædicare, quod non possit phantasia credi, qui contrarium, & quidem potentia plenum, deuentus, & captus, & ad præcipuum vsq; prætractus, admisit. Nam etsi per meos euasit, sed ante animum expertus, & postea dimissus, scilicet soluto vni assolis tumul-

ADAMUS
+ EUANGELIUM

QVASTIO I.

Quomodo euasit?

§. I. **P** Et medium eorum securus ibat. Quod fuerit miraculi genus, an se inaspetabilem fecerit, an voluntates immutari, an manus continuerit, an celeritate sese subduxerit, incertum est. Mihi probabilius est eum sine pperatione, cunctis videntibus, per medium eorum discessisse; omnibus quidem mortem eius cupientibus, sed nullo manu iniiciente, dum quisque alterius hoc scelus esse mauult, quam suum. Voluntatem igitur singulis, quae obsequerentur iracundiae suae negauit, & fremitum omnium in ventum effudit. Totam enim malitiam intra cogitationes & minas coercuit, manusque occultam potentiam alligauit. Sic eorum qui a Pharisaeis missi sunt nemo misit in eum manus: quia nondum venerat hora eius. Ambrosius & Beda mutasse voluntates, Maldonat, inuisibilem se fecisse existimat.

*Euasit sine preparati-
one aut a-
lia in deso-
ra fuga.*

... non tamen per caliginem eluso, qua nulli
... succidisset, si fuisset.

Tangere enim & tangi, nisi corpus, sed
§. 6. Si Deus creator, non recusasset preconium
venire eum oppugnaturus, non recusasset preconium
demonum, qui erant creatoris, gestisset ab illis timeri.
Nunc eos repudiat, qui promiserat, per quos volebat
annunciari, non enim demonum praedicatione vti
dignabatur, cui abundabant Sancti.

VERSUS 29.

*Et surrexerunt, & eiecerunt illum
extra ciuitatem, & duxerunt il-
lum vsque ad supercilium mon-
tis, super quem ciuitas illorum
erat adificata, ut praecipitarent
eum.*

C A P V T V.

ACTVM est autem cum turba irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, & ipse sta-
bat secus stagnum Genesareth. 2. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscato-
res autem descenderant, & lauabant retia. 3. Ascendens autem in vnā nauim, qua
erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula
turbas.

4. Processit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. 5. Et
respondens Simon, dixit illi: Praeceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxa-
bim rete. 6. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum.
7. Et annuerunt sociis, qui erant in alia naui, ut venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & implerunt
ambas nauiculas, ita ut penē mergerentur.

8. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens: Exi a me, quia homo peccator sum,
Domine. 9. Stupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam cepe-
rant. 10. Similiter autem Iacobum, & Ioannem filios Zebedaei, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem
Iesus: Noli te timere: ex hoc iam homines eris capiens. 11. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus se-
cuti sunt eum.

12. Et factum est, cum esset in vna ciuitate, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum &
procidens in faciem, rogauit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. 13. Et extendens manum,
tangit eum dicens: Volo: Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. 14. Et ipse precepit illi, ut nemi-
ni diceret: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut precepit Moyses, in testimonium
illius.

15. Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbae multae, ut audirent, & curarentur
ab infirmitatibus suis. 16. Ipse autem sedebat in deserto, & orabat.

17. Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisei sedentes, & legis do-
ctores, qui venerant ex omni castello Galilae, & Iudaea, & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum
eos.

18. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & querebant eum inferre, & ponere an-
te eum. 19. Et non inuenientes qua parte illum inferrent pro turba, ascenderunt supra tectum, & per tegu-
las summisserunt eum cum lecto in medium ante Iesum. 20. Quorum fidem ut vidit, dixit: Homo, remit-
tuntur tibi peccata tua. 21. Et coeperunt cogitare Scribae, & Pharisei, dicentes: Quis est hic, qui loquitur bla-
phemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

22. Et cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris.
23. Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge & ambula? 24. Et autem sciatis, quia
filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum,
& vade.